

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - III, 18 : De Diana](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - III, 18 : De Diana

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[31\] : De Diana](#)

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III**

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 18 : De Diana](#)

*est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III**

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 18 : De Diane](#)

*est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III**

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 19 : De Diane](#)

*est une transformation de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

## Présentation du document

Publication [Venise, Comin da Trino, 1567](#)

Exemplaire [Munich \(Allemagne\), Münchener DigitalisierungsZentrum \(MDZ\)](#) ,  
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 82r°-85r°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Diane](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

---

Quod solis mactare boues Hyperionis ausi.

Cum lumen à sole accipiat, Solis filia dicta est. At eadem soror, q̄ ex Hyperione cum sole nata creditur, vel quod illi sol tanquam sorori lumen impertiat, vel quod fratrem tempora inter se diuiserint, cum luna nocti, sol diei moderetur. Nam cum sol per se sit lucidus, luna nullum habet proprium lumen, sed tanquam speculum corpus Diaphenes existens receptum à sole lumen ad terram transmittit. Dicta est in curru vehi, propter celeritatem, quam sine vehiculo vulgus intelligere non poterat, quod etiam attinet non mediocriter ad orationem poeticè exornandam. Quod vestes indueret variorum colorum, id excogitatum fuit ad explicandas multiplices mutationes; quodque in Oceano lauaretur dictum est ad opinionem vulgi, cum tantundem vndique distet à terra & ab aquis. Illud sane ridiculum est fuisse aliquod tempus, cum luna non esset, neque tamen vllum vel architectum, vel ferramenta proferri, vnde luna fabricari cœperit. Hæc eadem mas & femina putata est, quia humorem & nutrimentum præbeat animantibus, & quia maris vice nocturnum præbet calorem, quo plurima ad putredinem & ad generationem adiuantur, vt ait Ptolemæus in magna Compositione; quare illi sacrificabatur à maribus veste muliebri, à mulieribus virili indutis, vt scripsit Philochorus. Deinde sagittas lunæ tribuerunt antiqui vel propter radios, quos ad corruptionem demittit, vel propter dolores parientiū, cum illi non valde sint dissimiles doloribus vulnerum, acerbisatem eorum exprimentes. Hanc idcirco parturientes ad lenandos dolores inuocabant, vt infantes facilius in lucem ederentur, Lucinam nominantes: atque cū vna esset varia nomina pro variis facultatibus sortiebatur. Credita est plurimū conferre beneficiis, quoniam multæ sunt admirabiles planetarum vires certo quodam ordine collocatorum. Nam alia vis est oppositorum, alia coniunctorum, alia in regionibus aliis existentium planetarum, cum per tertiam vel quartam vel sextam partem circuli distiterint. Neque hoc mirum videbitur si quis cognouerit Mercurium Trismegistum in statuas certo ordine collocatas certis magnitudinum rationibus seruatis demones solitum accire, ita vt illæ mox loquerentur. At quoniam eadem est etiam Diana vocata, nunc de Diana verba faciamus.

## De Diana.

## Cap. XVIII.

Cum eadem luna sit, & Hecate, & Diana, tamen non omnes hæc vires, quæ per has intelliguntur, vno nomine dicuntur, etsi ab vno fonte manant. Cum enim Hecate nunc Iouis, nunc Aristæi, nunc Tartari, nunc Perse filia dicatur; luna modo Hyperionis, modo Pallantis; quod illa sit factorum vis à Deo proficiscens, vt diximus; hæc velocissimus sit planeta, cuius multiplex est potentia in rebus inferioribus, quæ quoniam maximè remouetur à vi primi motus, maximè sua natura vitur. Hanc eadem esse Hecaten patefecit Callimachus in hymno in Dianam, qui illam Pheream nominauit, cuiatem fuisse Hecaten constar, vt est in his;

Περσεύς, ἠὲ τὴν Ἰουλιανὴν, ἠὲ τὴν Ἀριστῆα, ἠὲ τὴν Τάρταρον.

Salve Munychia, & portus tutela, Phereæ.

Hanc filiam fuisse Latonæ Cæique Titani constar, quàm Nicander in Theiacis ita Titanidem nominauit;

X 1 vidi

# Mythologia.

τὴν δὲ καλεῖσθαι τὴν αἰὲρ ΤΙΤΑΝΙΟΝ  
 Σαρπηδὸν ἢ αἰστῆρις τὴν ἀστῆρῶν, ἢ αἰὲρ ἰσὶ χροῖ,  
 Βασιλεῖ τῶν χροῶν κατὰ μίτρον ὀρίαν.  
 Grandine signatum Titanis at inde puella  
 Scorpion immisit, qui cuspide surgat acuta  
 Exoto meditata necem ut fuit Orioni.

Alii ex Ioue & Latona natam esse dixerunt, de qua ita scripsit Cicero in secundo de natura Deorum; Dianæ item plures: Prima Iouis & Proserpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. Secunda notior: quam Ioue tertio & Latona natam accepimus. tertix pater Vpis traditur, Glauce mater: eam Græci sæpe Vpim paterno nomine appellant. Inter has omnes Iouis filia celeberrima fuit, quare omnia cæterarum illi vni tribuuntur a poetis. Hanc Deliam nominarunt, quia nata sit in Delo, sic enim vocauit Ouid. in Phædræ epist. ad Hippolytum;

Iam mihi prima Dea est, arcu præsignis adunco  
 Delia, iudicium subsequar ipsa tuum.

Hanc non solum Iouis filiam, sed etiam χερσίας vocauit Orpheus in hymnis siue terrestrem, ut dictum est de Hecate. Hanc eandem lunam esse demonstrauit in his Virgilius lib. nono;

10  
 Suspiciens altam lunam sic voce precatur.  
 Tu Dea, tu præsens nemorum succurre labori  
 Astorum decus, & nemorum Latonia cultos.

Sic Ouid. lib. 15. Metamorph.

Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ.  
 Esse potest vnquam, semperque hodierna sequente,  
 Si crescit, minor est, maior si contrahit orbem.

Sic Cicero in secundo de natura Deorum; Dianam autem & lunam eandem esse putant. hæc cum nata esset ante Apollinem, at eodem tamen partu, obstrictis munere postea apud matrem est sancta nascete Apolline. Quod autem illa quæ Iouis & Latonæ filia fuit, fuerit celeberrima, patet vel ex eo hymno Homeri, qui ita se habet in Apollinem,

20  
 χαῖρ' ἄριστ' ἢ Λατῶν, ἰσὴν τίαν, ἀδελφὴ τίαν.  
 ἀπὸ Λατῶν ἄσπερα, καὶ ἄρτεριν ἰσχυράρα.  
 εἰς τὴν δὲ ἄρτεριν πρὸς κρητὸν εἰς δέλα.  
 Salve Latona; ut peperisti pignora clara.  
 Venatrix Diana tua est, & clarus Apollo.  
 Edita in Ortygia hæc, in Delo est ortus Apollo.

Et Cornelius tacitus in libro tertio; Primi omnium Ephesii adiere memorantes, non ut vulgus crederet Dianam atque Apollinē in Delo genitos. esse apud se Cenchium amnem locum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidā, & oleæ quæ tum etiam maneat adnixam edidisse ea numina: Deorumque monitu sacratum nemus, atque ipsum illic Apollinem post interfectos Cyclopas Iouis iram vitauisse. Hanc Ceretis & Dionysii & ipsam & Apollinem fuisse filios scribit Herodotus ex Aegyptiorum sententia, at Latona fecur illorum fuisse nutrix, ut patet in his;

40  
 ἀπὸ Λατῶν καὶ ἄρτεριν ἀστῆρῶν καὶ ἄρτεριν ἀστῆρῶν καὶ ἄρτεριν ἀστῆρῶν. Apollinem vero & Dianam Dionysii & Isidis filios esse inquiunt: at Latonam eorum nutricee & seruatricem fuisse asserunt: quam opinionem secutum postea Aeschylum inquit

inquit Herodotus Dianam Cereris filiam appellaſſe, cum Ceres dicta ſit Iſis ab Aegyptiis, vt teſtatur Pauſanias in Arcadicis. Alii Cæi Titanis & Phebes filiam putarunt. Cum mares omnes Diana auerſaretur, quia viderat quæ paſſa erat mater, cum obſcæricata eſt, impetrauit à patre Ioue, vt perpetuam virginitatē ſeruare poſſet, vt apparet ex his Callimachi carminibus.

*Δίετις παρθένος κίετασ' ἀπὸς Φολέαςτιν.*

Da mihi perpetuo vt ſim virgo, da pater alme.

Arcus prætereà & ſagittas & puellas ſocias ſexaginta Oceaninas, & alias viginti, quæ illi arcus, cothurnosque & canes curarent Iupiter poſtulanti tribuit : deditque venationibus præſſe, & viis & portubus, quod patet ex his apud Callimachum;

*καρμὶν ἀνεαῖε*

*Ἐστὶν ἑστὶ ἀνεύρατασ' ἐπιτόκοισι.*

Nam præfecta viis & portubus ipſa ſerentis.

Quæ quoniam venationibus delectaretur Dictynna vocata fuit à retibus : nam *Δίκτης* rete eſt apud Græcos. Sic enim illam nominari inquit à Nymphis Callimachus in lauacrum Dianæ, & Ouidius lib. 1. Mutationum;

Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altum

Mænalon ingrediēs, & cęde ſuperba ſeratū, Aspicit hanc.

Cuius etiam cognomen fuit *ἑμισυρᾶ* apud Græcos, quia ſagittis delectaretur, quibus inſectaretur feras, vt eam nominauit Heſiodus in Theog.

*ἑμισυρᾶ ἀπὸ Λάωνα, καὶ ἠρτυμῆσ' ἰχθυῶσας,*

*ἰσχυρὰς ὕπερ ἑστὶν ἀνὰ τῶν ἰσχυρῶσιν,*

*Ἴσχυρᾶ δ' ἄρ' αἰστέχου δάσι φιλοῦσσι μύθηα.*

Nascitur hinc Phebus, gaudensque Diana ſagittis

Pignora Latonæ, peperit clariffima Diuum

Hæc Latona Ioui magno coniuncta in amore.

Cur venationibus præfecta credita ſit Diana, cauſa huiusmodi ab antiquis memoratur : Nympha quædam Britomartis, vel vt alii maluerunt, Bretemaitys, cum venaretur in quædam retia cecidit, vnde cum ſe explicare nō poſſet fera ſuperueniente præcipuē, Dianæ ſacellum vouit ſi incolumis eaderet, quod poſtea erexit, & Dianæ Dictynnæ ab iis retibus nominauit, vnde dicta eſt poſtea venantibus præfecta Dea, vt ſcripſit Dicæarchus, & Ariſtophanis enarrator. Hæc eadem Dea choris, & muſicis instrumentis delectari ſolita creditur, vt ait Home. in hymno in Venetem;

*ἑμίονος ἀρτίβητα χρυσοδάκτυλοσ' ἡλαδῶντα*

*δάκτυλοις φιλίππῃσι φιλοῦσθ' ἀφροδίτη.*

*καὶ γὰρ τὸ δέν τιβησ', καὶ εὐρεῖσ' ἕρας ἰσχυρῆσ,*

*φόνος, ἴδ' ἠχρῶσσι διαπρῶσιν ἡλαδῶσαι,*

*ἡλαδῶσαι καὶ ἴοντα, δ' αἰσῶσσι πῆλατ' ἀδ' ῥῶσ.*

Dianæ haud potuit mentem peruincere amore

Alma Venus, quam circumſtant riſuſque iocique.

huic arcus placuere, feras & cędere ſyluis.

Huic citharæ atque chori, clamor concinnus; & vrbes

Iuſtorum huic hominum, vmbroſæ ſuper omnia ſylux.

Cum virginitatem perpetuam ſeruare, viis ac portubus præſſe, à tot Nymphis ſociis obſeruari impetraſſet à Ioue in ſyluis perpetuò ferè degebat, vt marium conſuetudinem deuitaret, quare & venatrix dicta eſt, & nemorum atque montium cuſtos exiſſimata; vt ait Hora. lib. 3. Carminum;

Montium

# Mythologia.

Montium custos nemorumq; virgo,  
Quæ laborantes vterò puellas  
Ter vocata audis, admittisq; letho  
Diua triformis.

Et Virgilius libro vndecimo;

Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo.

10 Profecta fuit præterea parturientibus, vt intelligeret quantum malorum cum-  
mulum deirasset, cum virginitatem experiuit; vt licet ex his Callimachi  
versibus intelligere, vbi se nunquam in urbem adituram dicit, nisi cum a  
parturientibus vocabitur;

*Ἄλμα τὴν ἑσθλὴν τῆς Λατοῦνης ἑστὴν ἄρσενος*

*ἡμετέρας ἀνὰ πόλιν ἀδύρατον.*

Urbes accedam solum, ac sub tecta virorum,  
Pressa dolore graui nisi cum me samina partus  
Auxilio arcesser.

20 Multiplex denique officium fuit Dianæ, quippè cum virgines pertæse iam  
virginittatis, vt eius Dæ, cuius hætenus in tutela fuissent, iram deuitaret,  
confueverint in canistris sacrificia ad Dæ templum deportare, eius numi-  
nis veniam postulantes, quod à Græcis *καταρτή* dicebatur, neque eos cani-  
stros, nisi illæ ferebant, quæ ad nubilem ætatem peruenissent, de qua con-  
suetudine meminit Theocritus in Pharmaceutria. Deinde cū ita veteris ex-  
creuisset gravidis puellis, vt sueta Zona vti amplius non possent, eam Zo-  
nam mos fuit in templo Dianæ *Ζώνη* cognomento, Zonam soluentis sci-  
licet, quod fuit apud Athenienses, deponere, quare postea dictum est Zonam  
soluere, pro eo quod est gravidam fieri, quod patet ex his carminibus Apol-  
lonii lib. primi;

*ἄρσενος κατὰ τὴν ἑσθλὴν τῆς Λατοῦνης ἑστὴν ἄρσενος*

*ἄλμα τὴν ἑσθλὴν τῆς Λατοῦνης ἑστὴν ἄρσενος*

30 Prima soluta mihi est, postremaq; Zona, quod ipsa  
Inuidit multos natos Lucina misellæ.

Cum igitur obstetricis munere fungeretur, dicta est à Græcis *Λατοῦνη*, à La-  
tinis Lucina, quia nascencia omnia in lucem euocaret. Cum vero venatum  
exiret, quo cultu corporis vteretur, expressum est in illo Epigrammate;

*ἄρσενος, κατὰ τὴν ἑσθλὴν τῆς Λατοῦνης ἑστὴν ἄρσενος*

*ἄλμα τὴν ἑσθλὴν τῆς Λατοῦνης ἑστὴν ἄρσενος*

*ἄρσενος, κατὰ τὴν ἑσθλὴν τῆς Λατοῦνης ἑστὴν ἄρσενος*

*ἄλμα τὴν ἑσθλὴν τῆς Λατοῦνης ἑστὴν ἄρσενος*

*ἄρσενος, κατὰ τὴν ἑσθλὴν τῆς Λατοῦνης ἑστὴν ἄρσενος*

40 Arcus vbi Diana iacet, vel plena pharetra?  
Aut vbi Cretensis Endromis arbylidis?

Fibulaq; ex auro, fucataq; murice vestis,

Qua solita est summi poplitis ora tegi?

Arma ea sunt prædæ: sed cum mihi sacra parantur,

Vt cernis, læta ad pocula inermis eo.

Huic Dæ currum aureum à cæruabus candidis tractum tribuerunt antiqui,  
vt ait in his Callimachus;

*ἄρσενος*

*Ἄφροδιτος κλειστή τετραπύλη, ἧς πόρταε  
 ἵεραι, ἣν ζῶον, ἔπειτα δὲ ἰστέλας ἵεραι.  
 ἱεὶ ἰθάθυ ἔπειτα δὲ ἀγαθὸν καὶ ἕλκευ.*

Aurea nam domitrix Tityi sunt arma Diana  
 Cuncta tibi, & Zona, & iuga quæ ceruicibus aurea  
 Cervarum imponis curram cum ducis ad aureum.

Memorix prodidit Pausanias alatum fuisse Dianæ effigiem apud Eleos, quæ  
 dextra pardum, sinistra leonem porrigeret. Ignifera præterea siue lucifera  
 Dea vocatur ab Euripide in Iphigenia in Tauris; qui eandem putavit esse  
 & lunam, ut diximus. Illā facultatem idcirco Dianæ tribuit Callimachus, 10  
 ut grauissimis afficiat calamitatibus quos libuerit, ut est in his;

*Σχισθὰς, ἵα πῦρ χαλκῶν ἰσθῆσι ἴσθη.  
 κτενώσῃσι λίγῃσι κατὰ ἄνοιαν, ἵσθη δὲ πᾶσιν.  
 καί ποταμῶν, ἵσθησιν ἵσθησιν αὐτῆς ποταμῶν  
 ἕλκευσι ἵσθησιν ἵσθησιν.*

O miseri, quibus ipsa grauem tu concipis iram.  
 Nam morbus depascit oues, segetemq; pruinæ.  
 Orbanturq; senes natis, & foeminx abortum  
 Mox partunt.

Nam horum omnium facultas est lunæ concessa. Scriptum reliquit Plu- 20  
 tarchus in vita Arati, Dianæ imaginem admirabilem quandam fuisse apud  
 Pellenenfes: quæ cæteris quidem temporibus neglecta iacebat, at ubi à sa-  
 cerdote efferretur, nemine quidem respiciebat, sed omnium refugiebat in-  
 titutum in faciem. Illius enim aspectus non hominibus solum, quos demê-  
 tes faciebat, erat formidabilis ac grauis: sed etiam arbores vel faciebat in-  
 fecundas, vel fructus deiiciebat, quacunque lata fuisset. Et Strabo libro 12.  
 Castabalinum sanum fuisse Dianæ Persicæ scribit, ubi sacræ mulieres illiæsis pe- 30  
 dibus super prunas ambularent. Legem fuisse in Tauris scribit Herodotus in  
 Melpomene, ut omnes Græci, qui naufragi eò appulissent, virgini Dianæ  
 immolarentur, vel, ut alii maluerunt, præcipites è quodam sublimi loco 30  
 deiicerentur. Alii id moris fuisse inquirunt ut caput eorum claua percuteretur,  
 qui cum essent mortui, eorum capita in cruce tollerentur, quæ alii  
 tamen humari putarunt. Fuerunt qui putarent Tauricam illam Dianam  
 Iphigeniam fuisse Agamemnonis filiam, de qua Diana talis refertur sabu-  
 la à Pausania in posterioribus Eliacis. Fama est quòd Alpheus amore Dia-  
 næ captus ubi neq; gratia neq; precibus se quidquâ ad nuptias proficere in-  
 telligeret, sit ad vim conuersus: ac illa fugiendo insequentem Alpheum  
 viq; ad Lectrinos ad nocturnos choros protraxit, ubi interesse Nympharum  
 lufous consueuerat. Ibi Dea sibi, suisque locis os ceno obiecit, quam cû 40  
 dignoscere non posset Alpheus elusus abiit; tum Lectrini Dianæ Alpheix  
 templum dicunt. Huic Dex mos erat boues immolare, quare apud Persas  
 Persicæ Dianæ in traiciendo Euphrate scribit Plutarchus in Lucullo obuias  
 fuisse boues, quæ incaustoditæ per regionem vagabantur lampadem Dex no-  
 tam habentes impressam. Quamuis Hora, verrem illi mactari dicit in his;

Imminens villo tua pinus esto:  
 Quam per exactos ego latus annos,  
 Veitis obliquum meditantis ictum  
 sanguine donem.

Alu

## Mythologia

Alli dicunt omnium quæ nascerentur è terra primitias huic Deæ offerri solitas, ut apparet ex his versibus Euripidis;

Επισημασθε τὴν εὐχὴν  
καλλίστην, ἵνα φέρῃς ἄριστον ἔργον.  
Ego quod annus optimam produxerit,  
Voui immolare Luciferæ certe Deæ.

Sic cum ab Oeneo neglecta fuisset, qui primitias Diis cæteris agricolis obtulerat, illa agrum Calydonium eximie magnitudinis excitauit ob indignationem, qui vniuersum agrum Oenei infestaret, quod expressit Qui. in libro octauo Mutationum;

Huius opem Calydon, quamuis Meleagron haberet,  
Sollicita supplex petiit prece. causa petendi  
Sua erat infestæ famulus, vindexq; Dianæ.  
Oenea namq; ferunt plenis succelsibus anni  
Primitias frugum Ceteri, sua vina Lyxo,  
Palladios flauæ larices libasse Mineræ.  
Cæptus ab agricolis superos peruenit ad omnes  
Ambitiosus honor: solas sine thure relictas  
Præteritas cessasse ferunt Latoidos aras.

- 20 Mos fuit apud Platæenses antequam nuptiis celebrarent Dianam cognomēto Eucliam placare sacrificiis, quod cum esset virgo, putaretur habere odio matrimonia, de qua consuetudine meminit Plutarchus in Aristide. Habuit celeberrimum omnium templorum & augustissimum Ephesium, quod totius Asiæ studio ducentis & viginti annis architecto Chersiphronē fuerat ædificatum: in quo fuerant centum & viginti septem columnæ à totidem Regibus erectæ admirabilis longitudinis ac pulchritudinis: nā ad sexaginta pedum mensuram accedebant, quarum triginta sex fuerunt incredibili artificio & magnificè eglatæ, cum apris tanto artificio columnarum Epithyllis. Aderant & picturæ mirificæ, & pulcherrimæ statuæ magnificentie eius templi conuenientes; quæ omnia ab Herostrato viro Ephesio incensa fuerunt, ut hæc rōne, cū ingenii præstantia non posset, sibi perpetuitatem nominis compararet. Illud autem incendium accidit circiter Idus Sextilis, quo die natus est Alexander Macedo cognomento Magnus, ut ait Plutarchus in eius vita. Ne potiretur autem Herostratus re per tantum scelus optata, sanxerunt Ephesii propositis grauissimis supplicis ne quis in posterum Herostratum nominaret. Atque huius magnificentissimi templi sublimitatem & mirabilitatem præclare expressit poeta in illo Epigrammate, quod etiam ipsum templum Parthenonem vocauit, huc virginum Thalamum;

- 40  
 τίς τ' αὖτ' ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ κτίσας ἔθηκεν ἡμῶν,  
 τίς παρθεὶς ἐπέθηκεν ἱερῆσιν αἰθέρα διότι.  
 Ἐπέθετο δὲ γυμνασίον θεῶν ἐπιθῆσαι ἵνα,  
 τὰς ἀρχαίας ἀποκαταστήσῃς ἵεραι;  
 Ἐπεὶ τὸ θεῶν ἱερὸν ἐπέθηκεν ἡμῶν οὐρανοῦ  
 τίς τ' αὖτ' ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ κτίσας ἔθηκεν ἡμῶν.  
 Quis tulit è cælo sublimem parthenonem,  
 Qui fuerat superis cognitus ante Deis?  
 Mētia vbi Androchi, Imperium quæ existit Ionum,  
 In claram Musis, militiaque Ephesum?

A a



An quia grata magis caelo tibi terra sit altrix,  
Diana hic thalamum percupis esse tuum?

Scriptum reliquit Strabo in lib. 14. quod cum illud templum, quod affabre & multo artificio à Chersiphone constructum fuerat, conflagrasset, aliud Ephesii non minus magnificentum construxerunt restructis prioribus columnis, detrahitis mulieribus aureis ornamentis, multisque opibus & publice & privatim undique in unum collatis. Hanc invocare consueverunt cum fierent sacrificia veneficæ, ut est in lib. Epodon apud Horatium, in his, O rebus meis

Non infideles arbitre

Nox, & Diana, quæ silentium regis,

Arcana cum sunt sacra,

Multa cognomina sortita est Diana, à locis in quibus colta est, ab iis qui templa dicarunt, ab euentu rerum, sicut de Diis cæteris dictum est. Vt Tauropola siue Taurica, Perfica, Minthia, Pergæa, Ephesia, Epione, Forensis, Orthosia, Isthia, Hægomache, Isora, Limnæa, lycea, Lucifera, Patroa, Pherca, Propylæa, Leutophryne, Orthia, suadela, Sospita, Saronis, Salaminia, Hegemona, Hemeretia, Callista, Cnacalytia, Agrotera, Elaphiza, condyleatis, Alpheia, Hymia, Agrestis, Pyronia, Laphria, Euclea, Stymphalia, Triclaris, Sciaditis, Philomirax, Chrysylacathe, Sacrificula, Cordace, Lycoatis, Lynæa, Iaculatrix, Venatrix. Rursus illius varia usurpant nomina varix nationes; nam Cretenses Dictynnæam, Thraces Vpim, Arcades Orthosiam, parturientes Lucinam rætam vocarunt. Atque tot de Diana dicta sufficiant, nisi sensa horum explicemus. Latonæ & Iouis filia putatur Diana, ac Phæbi soror. Quid ita? quia Latona, quam Plato in Cratylo à mansuetudine nominatam dicit, potest etiam à *latere*, quod latere significat, deduci, quia è tenebris Apollo & Diana nati sunt, è confusa scilicet rerum natura. Horum pater fuit Iupiter qui ex illa materia euocauit; Deus scilicet omnium parens & moderator, ut diximus. Alii ad mores hoc referentes, Latonam iniuriarum obliuionem putarunt, ut sensit idem Plato. alii quæ illi, quibus est lonæ temperamentum, sunt obliuiosi, quibus humidum est cerebrum scilicet magnopere. Hanc virginem dixerunt, quod Veneris vsus plurimum obsit huiusmodi hominibus, cum illorum natura venationibus, aliisque exercitationibus naturalem calorem adiuuantibus, maxime conferuetur ac vigeat. Alii Dionysii & Cæteris filiam putarunt, alii Cæci & Phæbes, cum tamen omnes ad lunæ naturam respicerent. scirentque, Dionysium ac Cæcum Titanem solem esse; Cæcerem nunc terram vocari, nunc crassiora corpora, cuiusmodi lunæ corpus apparet. Atque cum luna lumine luceat alieno, iure solis & crassioris materię filia esse dicitur. Dicta est viarum & montium esse custos, quoniam viatoribus & venantibus lumen præbeat per noctem, quare etiam Lucifera vocata est. Hæc eadem confert parturientibus, quia ob humoris copiam facilius partus oriuntur, & cum maxime viger, in plenilunio scilicet facilius. Inde sagittas etiam illi tribuerunt antiqui ob dolorum grauitatem. Et quoniam humentandis rebus accommodata est eius natura, neque vlla pestilentia sine humoris copia exoriri potest, hanc iure pestilentie autorem dixit esse Callimachus; cui pinus merito dicatur, quia lunæ temperantem illa arbor obci neat. Illius velocitatem admirati antiqui alata esse sinxerunt, & in curru à Ceruibus candidis velocissimis trahi, quia color albus lunæ præcipue tribuitur: quare de causa argenti inter metalla est illi consecratum. At dicatur iam de capis Elysiis.

Y De